

*π. de leg. 1. l. 10. C. de R. V. ab eò juxta Festum lib. 19. appellati, quod in villis nascantur versò tempore, foeturae maximè naturali. Graeci eos vocant δῖα γυεέας. Et ex hinc quoq; vernaculum pro domestico usurpatur & adventitio opponitur Hillig. Donell. enucl. lib. 2. c. 9. lit. L.*

XIV. Nativitati succedit *captivitas*; Quos enim *Captivitas.* justè occidimus, justè servamus, ipsiq; qui alios in servitutem abducere testantur, quadam talionis lege servituti mancipantur. Bodin. *de Republ. lib. 1. c. 5.* Petr. Gregor. *Syntagm. jur. lib. 11. c. 1. n. 5.* Non quavis tamen indiscriminatim captivitas hic obtinet, sed quae ex bellò justò originem trahit. Justum autem hinc id potissimum dicitur, quod ab illis utriusq; geritur, qui summum in Republ. tenent imperium. Et ea propter à piratis & latronibus captos liberos permanere diserte respondet Paulus in *l. 19. §. 2. π. de captiv. & postl. revers.* non ex alià ceterè ratione quàm quod illi non conflictentur auctoritate publ. cā. *Hostes sunt*, inquit Ulpianus in *l. 24. π. d. 1. quibus bellum publicè populus Romanus decrevit, vel ipsi populo Romano. ceteri latrunculi vel praeones appellantur. Et ideò, qui à latronibus captus est, servus latronum non est, nec postliminium illi necessarium est.* Adde *l. 18. de V. S. ibiq; Interpretes.* Deinde hinc non attendenda captivitas ex bellò & d. sessionibus civilibus orta. Cujac. 2. *Obs. 26.* Gregor. Lopez. *animadv. c. 18. n. 4.* Cum enim in illis Majestati cum seditioso exercitu aut rebellibus subditis ageadum, ideò inter arma praevaler imperium & exercitus à Principe comparatur non ut pacem (verba haec à Dn. Ziglero nostro mutuò accipio *de Jurib. Maj. ex. 9. tb. 22.*) ab adversariis extorqueat, sed ut in ordinem cogat refractarios & ad agnosceadum imperium suum vi adigit. Omnium optimè huc facit *l. 21. §. 1. d. 1. V. insuper Grot. de J. B. & P. lib. 3. c. 7. n. 5. ibiq; Dn. Zigler.* Cum autem justitia servitutis ex belli dependeat justitia, Dn. Struv. *ex. 3. tb. 17.* ideò de causis, ex quibus bellum justè suscipi potest, hic dicendum esset, nisi instituti ratio contrarium svaderet.

XV. Explicati hucusq; modi jure Gentium introducti secundam *l. 5. §. 1. π. de stat. hom.* Succedunt illi, qui juri civili suam debent originem. Inter quos praecipuum locum obtinet *venditio sui ipsius*: liberi nimirum hominis sese venundari patientis. Red- *Venditio sui ipsius.* dicitur